



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis**

**Vestri, Ottaviano**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 V 940**

Illvstrissimo Et Reverendissimo Ioanni Grimando Aqvileiae Patriarchæ  
Amplissimo. Nicolavs Antonivs Gravativs S. P. D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

ILLVSTRISSIMO  
ET REVERENDISSIMO  
IOANNI GRIMANDO  
AQVILEIAE PATRIAR-  
chæ Amplissimo.

NICOLAUS ANTONIVS GRAVATIVS  
S. P. D.

UPERIORE anno cùm  
Venetijs agerem, IOANNES  
GRIMANE Pontifex dignissi-  
me, vbi hospes urbem, lucem  
Orbis terrarum atque arcem  
omnium gentium, rerumque publicarum  
immensam magnitudinem, priuatarumq;  
etiam, non absq; admiratione perlustras-  
sem, (quæ re nihil mihi antiquius fuerat)  
satisque conspexissem, vulgare deinde o-  
tio detineri, à studijsque feriatum esse, in-  
decens mecum ipse cogitavi. Quapropter  
quibusdam commodato acceptis libris, o-  
mnem meam curam atque operam ad con-  
fuetum iuris studiũ applicaui, sic vt amissi  
etiam temporis vsuram resarcirem. Et cū  
inter cæteros, Octauiani Vestrij omnium  
concessu iurisconsulti eruditissimi libri,  
quorum inscriptio est: In actionem & iu-  
diciorum mores εἰσαγωγή, hoc est, Intro-  
ductio, in manus incidissent, eos peruol-  
uere

uere cœpi, quos doctè affabreque postquã  
 compositos animaduerti, regustandos de-  
 creui, illique adeò placuere, vt & si multos  
 fatear in hoc scribendi genere scriptores  
 vidisse, verùm qui eruditissimo Vestrio cõ-  
 parari possit (pace omnium dixerim) vi-  
 disse & legisse neminem. Is certè vnus mi-  
 hi visus est (vt quemadmodum sentio, lo-  
 quar) qui non singulos tantùm, sed vniuer-  
 sos simul ordine, prudentia, iudicio, atque  
 doctrina superare videtur. Et inter legen-  
 dum, cùm non paucas ad eos libros analy-  
 ticas annotationes, & præsertim receptas  
 communibus interpretum suffragijs opi-  
 niones ad centum septuaginta, in iudicijs-  
 quæ vsu frequentiores contexuisssem, (quas  
 planè non alijs, sed mihi vsui esse existima-  
 bam) fato nescio quo accidit, illas ad præ-  
 stantissimorum Francisci Mascolæ, & Io-  
 annis Dominici Brigandi Siculi Iuriscon-  
 sultorum manus peruenisse, omnium con-  
 fessione nedũ in iuris ciuilibus peritia, sed in  
 omni literarum genere eruditorum, qui  
 eas cùm legissent, in communem omnium  
 utilitatem prælo committendas, & horta-  
 ri & persuadere, non destiterunt. Quod i-  
 pse animo altius repetens, postquam sensi  
 prudentibus acerrimique iudicij viris id  
 faciundum videri, tandem illas exhiben-  
 das esse foras constitui: sicque ieci aleam  
 fortasse fœliciter casuram. Quæ res si mihi  
 (vt

(ut spero) iuvante Deo, ex animi sententia  
succedet, nostræ & aliæ lucubrationes in  
publicum prodibunt, hæque interea ex-  
ploratoris officio fungantur, verum si ali-  
ter eveniet, cum Epimenide illas obdor-  
mire, & tineas blattasque pascere, in arcaque  
putrescere sinam. Cæterum auguror fore  
plerosque, qui dicent me actum agere, &  
Athenas (ut adagio fertur) noctuas ferre.  
Sed certè si mihi disertissimus Vestrius an-  
sam non præstitisset, manum huic tabulæ  
nunquam admonissem. Ipse enim ad suum  
Pellæum scribens, ait, dum ad patriam te-  
neret iter, modicamque librorum habe-  
ret suppellectilem, quos præ manibus habe-  
mus libellos conscripsisse; ac si diceret, in-  
commoda fuisse in causa, ne multò plura  
exarasset. Sed quid hoc? nonne aperta res  
est, & natura ita comparatum, ut messor  
quantumvis diligens efficere non valeat,  
quin spicilegium relinquatur? Unde nimi-  
rum, si superstites spicas collecturus acces-  
si, ne pereant. Nec quisquam est, qui nova  
& nunquam dicta proferat, namque nul-  
lus scribendi locus in quovis scientiarum  
genere nostris à maioribus prætermis-  
sus est, nec quicquam intactum ad hoc usque  
ævum perseverat. Hinc scitè Terentius  
memoriæ prodidit: Nullum esse iam di-  
ctum, quod non dictum sit prius. Et quo-  
niam sic plerique omnes ad maledicendū

funt proni, vt ne quidem diuinis scripturis  
parcant, ne oblatrent, obftrepant, blaterēt  
calumniamque inferant: more introductū  
eft, Illuftriffime & Reuerendiffime G R I-  
MANE, vt qui libros edunt, alicui Princi-  
pi, vel præftantiffimi ingenij viro illos nun-  
cupent, vt eorum potentia & magnitudine  
ab inuidis munimen atque tutelam inue-  
niant; quod quidem à me fieri precium o-  
peræ vifum eft, nedum vt labores noftri  
tutum fidumque patrocinium habeant, fed  
quòd apud omnes auctoritatem etiam dū  
optimo viro confecrantur acquirāt. Dum  
autem hæc mente voluerem, tu Princeps  
optime inter omnes primus occurrifti, cui  
has noftas dicarem lucubrationculas, &  
quafi primitias guftandas exhiberem: &  
iure quidem, nam cunctis tua virtus, gloria  
clari natales, gloriofaque ftemmata fatis  
explorata funt atque elucescunt. Tu certè  
talem te iam inde à puero femper præbui-  
fti, talisque tuæ innocentiffimæ vitæ ratio  
fuit, vt verè poffimus dubitare, an tibi dig-  
nitas, an potius tu dignitati plus ornamen-  
ti conferas. Tu ille inquam es, quem om-  
nes vbique prædicant, hominem effe om-  
nium honorum vfui natum, & fi liuor at-  
que infana fortuna fruftra tamen oppug-  
nare tentauerint, quos firmissimis consci-  
entiæ præfidijs munitus, præclarè nedum  
contempnifti, fed contriuiifti etiam & con-  
culca-

culcasti. Enimuerò sic omnia feliciter his  
succedunt, qui sua consilia pie ac religiose  
ad Deum referunt. Quamobrem ob incre-  
dibiles virtutes tuas extat admirabilis glo-  
riatua, & frequens in sempiternum erit fa-  
ma cum laude, vt de maioribus, etiam tuis  
clarissimis Heroibus superest, quorum ge-  
sta domi forisque memorabilia & penè ce-  
lestia vbique laudibus efferuntur, à qui-  
bus ob eorum fortitudinem, consilium,  
atque prudentiam, multarum regionum  
ac cessionem factam fuisse ad Venetum im-  
perium, nemo nescius est; quorum nomi-  
na egregiaque facinora, ne historiam ordi-  
ri videar, & si prætermittenda existimaue-  
rim, non tamen ANTONII Clarissimi  
viri patris tui immortale nomen silentio  
inuoluere visum fuit, qui vno Senatorum  
omnium consensu ob eius prudentiam, quæ  
non vulgarem apud sapientes obtinebat  
locum, titulo Principis summæ Venetæ  
Reipublicæ auctus fuit atque insignitus; in  
qua gubernanda, dum huius lucis vsura  
frui permissum est, id solum semper spe-  
ctauit, quod cōscientia proponebat, quod  
que iustitiæ ac rationi consentaneum vi-  
debatur atque congruum; & sic ille omnes  
Reipublicæ partes, (vt vno omnia claudam  
verbo) optimè tenuit, ac animum ad res  
præclaras adiecit, vt hominum beneuolen-  
tia, quam sibi adiunxerat, ita ad summum

§ EPIST. NVNCVPATORIA.

uenit, vt nunquam discedere ex animo ci-  
tium, illius singularis atque inuictissimi  
viri memoria possit. Ego quidem, G R I-  
MANE vir clarissime, illius ac tuas lauda-  
rem virtutes, & latissimo in bene dicendi  
campo vagarer; sed animaduertens supra  
ingenioli mei vires munus esse, atque etiā  
quod tu ad omnem natus summum hono-  
rem, dignitatem & gloriam talis es, vt cele-  
branda facere, quā celebrari malis, eas  
tacitus omisi, & cæteris ingenio præclaris-  
simis in laudes tuas encomia decantandi,  
panegyricosq; recitandi, hanc reliqui pro-  
uinciam, præsertim ne quis suspicari queat,  
me gratiam tuam aucupari voluisse. Hilari  
ergo animo has nostras suscipe vigilias,  
quas si tuo calculo comprobaueris, spes est  
cæteros doctos libenter tuo iudicio acces-  
suros. Nec munusculum hoc spectes obse-  
cro, sed promptum alacremque animum  
intuearis, hominis inquam, qui nullum er-  
gate officium amantissimi prætermittet.

Vale, Patauij Quarto Kalendas Fe-  
bruarias, à Christo nato,

1564.